

## Aduertencias para

[quorum non est numerus in Ordinibus M<sup>o</sup>  
dicantibus] possunt absoluere penitentes, &  
cum eis dispensare in tam arduis casibus si-  
cut Episcopi: quibus ob singularem eorum  
prudentiam hec conceduntur eisdem. Nec ob-  
stat, quod equalia conceduntur per Bullam  
Cruciate, & per Iubileum: quia hec non sem-  
per sed bis, vel semel in vita, & semel in mor-  
te. Et quidem noster Emanuel in Explicatio-  
ne Cruciate, §. 9. nn. 135. dicit, quod post Conci-  
lium Tridentinum Episcopi habeant in casi-  
bus in Concilio relatis iurisdictionem ordi-  
nariam iure speciali [sicut habebant olim an-  
tequam Papa sibi eos casus reseruasset] hi ca-  
sus Tridentini non censentur iam nunc Epis-  
copales: quia Episcopis speciali iure ob per-  
sone industriam, & auctoritatem conce-  
duntur. Quare in his nihil possunt regulares  
confessarij, quibus ex privilegio conceduntur  
casus Episcopales.

Hoc idem docet. To. 1. Questioni. Regu-  
larium. q. 61 art. 9. Vbi etiam similiter docet,  
quod cum Episcopus iure speciali ex tacita com-  
missione Papae dispenset in voto continentie,  
cum vrget periculum in impedimento oc-  
culto matrimonij contracti, quando non po-  
test